Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41510
Copyright: Melk, Benediktinerstift



17

expolire et quesitis coloribus ora depingere. gressum
frangere. simulare blandicias. quod agit ut pul
chrior appareat et ne bonum fuscet iniuria. illa
ad speculum pingit et ad gynomelia artificia
conat pulchrior esse q̃ natura. inde infantes
garriunt familia perstrepit. liberi ab oculis
et ore dependent. computat sumptus impe
dia q̃rant. hinc cocorum acrimonia manu canes
secat. Nuncat quod vir venisse ad socius. illa ad
virginis modum lustrat omnia penetralia. si
thorus pigeat. si pannineta vernaverint. si
ornata sint pocula. Inde queso filia mea
ubi in istis sit dei cogitatio et hec adhuc feli
ces domus. Ceterum ubi tympana sonant. fistula
clamat lira garrit. cimbalum concrepat ubi
cantilenarum inhonestarum decantatio. saltuum
et choreisancum dissolutio. Quis ibi timor dei
ingeminat exposite libidinum victime et tenuitate
vestium. inde impudice oculis ingerunt. Quis
infelix vxor aut letatur aut perit. a offendit.
aut maritus in iniuria conatur. hinc dis
cordia et seminarum repudij. a si forte aliq
inuenit domus in qua ista non fiant q̃ tam
raro gingit. Inuenit tamen alia occupationum
turbatio. ipa videlicet dispensatio domus.
liberorum educatio. fetorum toleratio. q̃ruloe
correctio. et necessitates marij. exceptis